Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo et tenuerunt eum

eum omnes fugerunt. At ille reiecta sindone nu
dus profugit ab eis. Et adduxerunt ihesum ad summum
sacerdotem et conuenerunt omnes sacerdotes et scri
be et seniores. Petrus autem alonge secutus est eum
usque in atrium summi sacerdotis et sedebat cum
ministris et calefaciebat se ad ignem. Summi uero sacer
dotes et omne concilium querebant aduersus ihesum testi
monium ut eum morti traderent nec inueniebant.
Multi enim falsum testimonium dicebant ad
uersus eum et conuenientia testimonia non erant. Et
quidam surgentes falsum testimonium ferebant
aduersus eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum
dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factum
et per triduum aliud non manu factum edificabo. Et
non erat conueniens testimonium illorum. Et
exurgens summus sacerdos in medium interrogabam
rogauit ihesum dicens. Non respondes quicquam. Facere
ad ea que tibi obiciuntur ab hiis. Ihesus autem
tacebat et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interro
gabat eum et dicit ei. Tu es xpc filius dei benedicti.
Ihesus autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis me filium
hominis sedentem a dextris uirtutis et uenientem
in nubibus celi. Summus autem sacerdos scindens uesti
menta sua ait. Quid adhuc desideramus testes.